

De actibus et moribus humanis

benius offerri verā carnis naturā quā ad humanitatem quod est altare de terra vel lapide facere. et quod ad deitatem debemus in eo offerri patris equalitate quod est non ascendere per gradus ad altare. Ipse enim Christus non minor patre est aut spiritus sancto: sed coeternus et coequalis vtrique vivens et regnans deus in secula seculorum. Amen.

Explicit liber nonus de exemplis et similitudinibus rerum.

Incipit prologus eiusdem libri decimi de exemplis et similitudinibus rerum.

Oportet suum dabit in assumptione operum: *Ecclesiasticus, xxxviiij.* Quia omne agens agit propter finem generaliter: operarius omne ceptum appetit opus perficere: maximeque quod laboribus plurimis longisque persecutus est studiis: sine desiderio debito feliciter consummare. Postquam igitur in precedentibus libris exempla de rationis operibus que homines aut lege iubente aut arte dirigente producant plurima sunt inducta ad reliquorum summationem operum humanorum de quibus exempla plurimum: licet cor et stilum perterere: et de residuis humanis operibus que ad vite necessitatem vel commodum rationabiliter propter legis humane decretum: vel propter artis habitum homines operantur: ac de moribus et consuetudinibus variis: et que ex rationabilibus causis inter homines observantur et interdum etiam de fortuitis casibus in hoc ultimo nostro operis libro exempla vel similitudines ponere: ac ea ut de aliis fecimus ad moralem instructionem inspectere. Cum his insuper inducentur exempla de moribus et actibus fidelium israelitici populi: et de quibusdam particularibus actibus insignium personarum que in illo fidelium populo celebres extiterunt. De moribus quoque et actibus clericorum ministrantium et populi christianum et de his rursum que ad femineum sexum vel puerilem etatem pertinent: ac de his que ad defectum spectant tam corporalem quam spiritualis vite: necnon et que ad damnum vel tedium plerumque inter homines sunt nonnullae similitudines introducentur. Dabit itaque huius operis auctor in hoc libello cor suum iuxta verbum propositum in summatione operum humanorum: ut videlicet hominum operum similitudines offe-

matibus laborum suscepti operis totaliter terminet. Ceterum ne ordine dispari a prioribus posteriora degenerent secundum modum observatum superius diversorum capitulorum materias volo sub alphabeti litteris et ordine disponere.

Explicit prologus.

Incipit liber decimus. Ca. I

Abiectos a mundo Christus plerumque suscipit: sicut nonnulli una civitas suscipit et honorat expulsos ab alia. Et sic etiam unum hominem misericors famulum suscipit pauperem et infirmum ab alio crudeli domino derelictum: sicut legitur in Regum, xxx. de quodam egyptio puero in via lassacete quem amalechita egrotum in itinere deseruit: david invenit: cibo reficit: ducem sui itineris fecit: amalechitam persequitur epulatum repit et extinguit. Quid enim est sicut Gregorius dicit: quod egypti a malechite puer in itinere lassatur nisi quod amator patri seculi peccati sui nigredine operatus sepe ab eodem seculo infirmus despectus relinquitur ut cum eo nequaquam currere valeat sed fractus aduersitate torpescat. Sed hunc david invenit: quod redemptor non veraciter manu fortis nonnullum quem fractum a mundi gloria reperit in suo amore convertit. cibo pascit: quod verbi scia reficit: ducem itineris eligit: quod suum etiam predicatorem facit. Et quod amalechitam sequi non voluit dux david efficit: quod is quem indignum mundus deseruit non solum convertit in sua mente dominum recipit: sed etiam predicando hucusque ad aliena corda producit: quod videlicet duce david amalechitam punitatem invenit et extinguit: quod ipse christum predicatorem mundi leticia destruit quem mundus comites habere desperit. Ca. II

Alacio et priuatio temporalium alicui etiam innocenti facta diuino iudicio non offundit deum esse iniustum cum ipse ea dederit et omnia sua sint. Cuius exemplum est: quod nec aliquis iniustus est creditor qui dum preteritum requirit tempore non stringit quoniam vult erigere quod fenerat. Ita dum deus aufert quod dedit non aufert nostra sed re-